Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



INCIPIT LIBER PRIMUS
AVRELII AGVSTINI EPI
DE CONCORDIA EVANGELIORUM

Inter omnes diuinas auctoritates quae scis litteris continentur euangelium merito excellit. Quod enim lex et prophetae futurum praenuntiauerunt hoc redditum atque completum in euangelio demonstratur; cuius primi praedicatores apostoli fuerunt qui dominum ipsum et saluatorem nostrum ihesum xpm etiam praesentem in carne uiderunt; cuius non solum eaque ex ore eius audita uel ab illo suboculis suis operata dicta meminerunt. uerum etiam quae prius quam illi per discipulatum adhaeserunt in eius natiuitate uel infantia uel pueritia diuinitus gesta et digna memoria siue ab ipso siue a parentibus eius siue a quibus liberalis cestissimis indiciis et fidelissimis testimoniis requirere et cognoscere potuerunt. in posito sibi euangelizandi munere generi humano adnuntiare curarunt; quorum quidam hoc est mattheus et iohannes etiam scribta de illo quae scribenda uisa sunt libris singulis ediderunt; ac ne putaretur